¶ Propriissime aūt oīs cantus a fine tanꝗ a perfectiōe denoian dus erit. queadmodū grammatici casus & personas in fine dictio-nū consi derant: ita aptissime tonos a finale chorda denoiare de-cebit/ nā incepto cantu quod sequit ignoramus. Finito aūt ꝙ pre cesserit compertū habemus.

¶Omĩs igit̃ tonus autentus cũ suo plagali mutuo in vna exeunt claue, vbi gr̃avt patet in figura sequẽti ¶Ambrosiani septimũ & octauũ poti⁹ ad d lasol re trãspõere frequẽtãt. gregoriãi v̉o ad cfavt

1		2	regulariter	D sol re,	irregulariter	alamire
3		4		Elami:		b fa ♮ mi
5	&	6		F faut		c sol fa vt
7		8		Gsolrevt		C fa vt

¶Singulorꝫ igit̃ tonorꝫ finis & reuerberatio atq̧ ambitus ex arbore vbertim cõsideraт̃. Que arbor isto mõ debet intelligi, prima litterarꝫ maneries: vnicuiusq̧ trũci: cõtinet systemata tam autentici quã sui plagalis secũdũ regularẽ ambitũ. Secunda aũt literarꝫ maneries cõcludit systemata autẽtici & plagalis, ad qn tãtransposita: pomũ eñi semp̱ autentici designat reuerberationẽ pirum vero plagalis

¶De cognitiõe tonorꝫ speciales iste seruant̃ regule. Prima cantus exiens in d sol re. sepe⁹p quintã in acutũ re la feriens est primi toni Si v̉o pluries semiditonũ scilicet re fa v̉berauerit erit secũdi toni. *Prima regula.*

¶Secũda omĩs cantus in Elami finitus crebro in acutũ semiditonũ cum diapente scilicet de mi ad fa repercuciens erit tercij toni. Si aũt crebrius diatessaron scʒ mi la fuerit quarto attribuit̃ tono. *Secunda*

¶Tercia omĩs cantus in Ffaut finitus crebro in acutum diapente scilicet vt sol reuẽrberãs quinti estimabit̃ toni, Si autem crebrius ditonũ fa la percusserit erit sexti toni. *Tercia*

¶Quarta cantus in g sol re vt terminatus sepe in acutũ diapente scilicet vt sol percutiẽs erit septimi toni. Si aũt sepius ad diatessarõ vt fa erit octaui toni. Iste regule in transposito quoq̧ cantu nõ minus q̃ in cantu regulari acutissime sunt immitande. *Quarta.*

¶De tenoribus tonorꝫ capitulũ vltimũ

Tenor (qui & maneries toni dicit̃) ẽ breuiuscula melodia que in ecclesiasticis cantilenis fini annectit̃ hac dictione Euouae. q̧ est seculorꝫ amen. & est duplex/ antiphonarũ/ & introituũ/ antiphonarꝫ est sub cuius melodia psalmorꝫ finis claudit̃: Omĩs igit̃ psalmodia minor: nequaq̧ acutius incipiat̃ q̃ q̧ prima (sui seculorꝫ amen) notula expostulat. Introituũ ẽ sub cuius melodia/ v̉suũ finis claudit̃. tot eñi sũt tenores/ tã antiphonarꝫ q̃ introituũ: quot sunt toni/ Antiphonarũ igit̃ tenores. isto modo cõsiderantur. *Tenor toni*


Primus tonus.
¶Ducale Euouae. Differentia prima. Secũda,
Secundus
Tercius
¶Secũdus. ¶Ducale tercij. Differentia prima, Secũda
Quartus
Tercia. ¶Ducale quarti. Differentia prima, Secũda,
Quintus
Tercia. ¶Dncale quinti. Diffe
Sextus:
¶Ducale sexti Differentia prima
Septimus.
¶Ducale septimi Differẽtia pria Secunda
Octauus
¶Ducale octaui Differentia prima Secũda




Tercia Quarta.

¶ Differentie tonorꝫ ducali: (ad quos om̄is melodia est re ducibilis) euouae potius ornatus q̄ necessitatis gratia adnectuntur: quapropter plures prouinciatim inueniunt: p consuetudinis aut gentis oblectatiōe. gaudet em̄ gens modis morꝫ similitudine/ vt inquit Boetius/ nos aūt artis mandata quā consuetudinis oblectamēta exarare maluimus.

¶De psalmodia.

¶ Psalmodia est psalmorꝫ secūdū tenores tonorꝫ modulatio: hec duplices cōtinet psalmos maiores scilicet & minores: maiores sunt qui planiore modo incedentes principiū & mediū secundū toni aptitudinē diuersificant atq̧ finē tenore toni cōcludunt/ vt est magnificat canticū beatissime virginis Marie: & canticum Zacharie Minores em̄ om̄es fere alij dicūt / quorꝫ Dauid precipuus extitit autor/ om̄is eīm minorꝫ psalmorꝫ intonatio in prima sui tenoris notula incipi debet. Psalmorꝫ itaq̧ tam minorꝫ quā maiorꝫ modulatiōes satis aperte ex sequentibus noscuntur exemplis

¶Psalmi maiores. ¶Psalmi minores




Primi toni

¶Dixit dominus dño meo, ¶Magnificat,



Scdi toni.

¶Dixit dñs dño meo, ¶Magnificat.



Terci toni.


¶Dixit dñs dño meo: ¶Magnificat,

Quarti toni




¶Dixit dñs dño meo. ¶Magnificat

Quinti toni



¶Dixit dñs dño meo: ¶Magnificat.

Sexti toni.



¶Dixit dñs dño meo: ¶Magnificat

Septimi to



¶Dixit dñs dño meo. ¶Magnificat

Octaui toni




¶Dixit dñs dño meo. ¶Magnificat

¶De introitibus respousorijs breuis institutio.

OMnis introitus cuius versus gradatim vel saltim in qui n
tam eleuatur autentico attribuitur tono: est enim qui n
ta peculiaris ducaliũ tenor vt patet in versu Eructauit:
¶ Secũda introitus cuius versus circa principiũ non sta
tim ad diapente conscendit quãq̃ eã post morã attige-
rit placali tono ascribetur/vt patet in versu/ Senciãt oẽs
tuũ iuuamẽ, &c, Est enim diatessaran ꝑpria plagaliũ verberatio.
Nempe tam introitus quã responsoria/primario a finali chorda
tanq̃ ex ꝑprietate aut perfectiõe iudicari debẽt/consequutiue aũt


ex versibus veluti ex signis. Sũt aũt gñales melodie versuũ sub q̃bus gloria patri applicatur/ vñ responsoria consequenter poterint censeri & sunt iste.




Primi toni

Scdi toni

Terci toni


Quarti toni
Glori a pa tri & fi li
o & spi ri tui san cto
Quinti toni
¶Gloria pa tri & fi li o
& spi ri tui san cto
Sexti toni.
¶Glo ri a pa tri & fi li
o & spi ri tu i san
Septimi to
cto ¶Glo ri a



Octaui toni

¶Introituũ versus seriatim pernotare fugiende diututnitatis gratia postponimus: poterit enim quisq; studiosus musicula ex predictis institutionibus omnẽ cantilenã ex se ipo disquirere facillime/quapropter ad musices figuratiue rudimenta pergamus.

¶ Liber secundus de figuratiue musices institutiōe. Capitulū primū quid sit musica mensuralis & inibi quod figure notularꝫ:

Vsica mensuralis est que per diuersas notularū figuras cū incrementi atqꝫ decrementi accessione secūdū modū tpus & platiōeȝ efficitur/ Figura hoc loco est re

Franchinus. presentio recte atqꝫ omisse vocis rectam vocē dicimus que certa est mensura cantabilis vel ꝓnunciabilis/ Omissam que ipa taciturnitate certa tpis mensura con

Maxima. sideratur figurarꝫ rectarꝫ/ alia maxīa/ & ē figura qua drangulo corpe formata duabus longis equiualens:a dextro latere sursum aut deorsū virgulata:

Longa. ¶ Lōga est chracter quadrangulus dimidiū maxime pōderās/ dextrorsum vt maxima virgulata.

Breuis. ¶ Breuis aut tpus/ ē figura quadrangula vndiquaqꝫ expers


Semibreuis filo-dimidietati longe equiualens ¶ Semibreuis ē figura ad similitudinem grani auene disposita vbiqꝫ virgula carens dimidio tpis equiualens.

Minima ¶ Minima ē character vt semibreuis dispositus sursum aut deorsum virgulatus/ mediū semibreuis notule cōcludēs.

Seminima. ¶ Seminima est notula minime similis formata plano autem corpore vel vt miuima dextrorsum vncata/ dimidietatē minime cōplectēs

Fusa. ¶ Fusa ē figura, corpore seminime similis/ dextrorsum retorta/ aut vt minima/ binario nnmero.aut duobus vncis cōnexa:dimidium seminime continēs.

Semifusa. Semifusa est nota: fuse ad omnia similis duobus hamis retorta- vel vt minima tribus hamis-aut ternario numero cōnexa vt hac videtur discussione,



¶ Maxima. Longa. Tpus. Semibreuis. Minima. Seminima.



Fusa. Semifusa,

¶ Capitulū secundū de ligaturis

Ligatura vt ait Tinctoris/est vnius note ad aliā iunctura- vel est simpliciū figurarū p tractus debitos ordinata cōiunctio, ligabiles/figure sunt maxima longa breuis/& semibreuis. hec etenim figure in ligatura disposite cum simplicibus/accidentia (puta perfectionem imperfectio- nem. & alterationem) suscipiūt de liguturis iste danť regule: & primo de primis ligaturaꝝ notulis. ¶ Prima, oḿis ligatura conscen- dens: quadro vel obliquo corpore/cuius prima notula nullam habet virgulā/a Franchino cū ꝑprietate diciť: redditq́ primā breuē ¶ Secūda. oḿis ligatura conscendēs. corpore quadro: primā habens virgulatā dextrorsum ad descensum, sine ꝑprietate diciť, primā facit longā, ¶ Tercia: ligatura dependēs: quadro vel obliquo corpore nullā habēs virgulā: sine ꝑprietate diciť. atq́ primā continet longā, ¶ Quarta. omnis ligatura- conscendens vel dependens quadro vel obliquo corpore sinistrorsum in ascēsum virgulata. diciť cū opposita ꝑprietate. atq́ primarias duas semibreues constituit, vt hac spectatur descriptiōe.

Prima regula


Secūda

Tercia

Quarta



¶ Prima regule. Secūde. Tercie.




Quarte. regule

¶ In medijs notulis/nulla considerať quantitatis diuersitas: nā authore Franchino omnis media breuis modulať. dempta cū oppo


De medijs. ligaturis

sita pprietate atq̧ maxīa / q̄ principio medio & fini aptissime po-
terit adiungi.q̧ a qbusdā longa medietati inserit hmōi dispositio a

Prima regula. Gaffaro negat. ¶De vltimis ligaturarum notulis.¶Omnis li-
gatura habens vltimā notā/quadrā directe supra penultimā. aut
Secūda indirecte sub penultima vltimā continet longā.¶Secūda:omnis
Tercia ligatura habens vltimā notā ascendentē quadro vel obliquo cor
pore sine tractu·vltimā facit breuē: ¶Tercia,omnis ligatura habēs
vltimā indirecte sub penultima.quadro corpore,reddit ipam lon
gam.obliquo aūt corpore breuē hoc modo,



¶Prima regule, Secunde, Ter



cie regule.

¶Capitulū terciū de pausis.

PAusa est figura artificiosam cantus desistentiā demonstrans:vel est taciturnitatis signū secūdum note quātitatē cui aproppriat cōstitutū.Sūt enim pause excogitate ad anhelit⁹respirationem,ad cantus suauioris variationem:tum ad difficilē note positionem, Tanto igitur omnis cantilena auditu suauior extimatur.quanto idonea pausarum interceptione variabilior efficitur,pausarum alia modalis, longa breuis· semibreuis·minima.seminima.

Modalis ¶Modalis ē tractus ab vna linea ad quartā deductus:tria tegens spacia:notule longe perfecte equiualens,

Longa. ¶Lōga est virgula:tres lineas duabus intermediatis spacijs cōcludens:duo in se tpa cōplectens,


Breuis. ¶Breuis ē virgula de linea ad lineā contiguā deducta: breui notule secūdū figurarum accessionē semp equiualens.

Semibreuis ¶Semibreuis ē virgula que alicui linee infixa ad medium vicinioris spacij dependet:semibreui notule equiualens

Minima ¶Minima pausa aut suspiriū est virgula alicui linee affixa ad mediū spacij contigui surgens minime equiualens figure,

Seminima. ¶Seminima pausa est virgula minime] similis formata:sed retorta dextror

ſum ſeminimã notulã ponderans. que & ſemiſuſpiriũ appellatur, Oĩes igit̃ pauſe figuris totalibus equiualentes cũ eiſdẽ vbiq; per fectionis patiunt̃ accidens imperfectionẽ aũt & alterationẽ nõ ſuſcipiunt.




Modalis Longe. Breuis. Semibreuis. Minima.

¶Capitulũ quartũ de modo & eius diuiſiõe,

Modus eſt quantitas ex certis longis: maximam aut breuibus longã reſpicientibus cõſtituta. Vel eſt regula diſpoſite quãtitatis in longa ſecũdũ diuiſionẽ tocius in ꝓpinquas partes: eſt aũt duplex. maior & minor. Quorũ vterq; rurſus in duas partes dimenbrat̃ ſcilicet in perfectũ & imperfectũ Modus maior perfectus eſt quun i maxima tres longe conſiderant̃ talis(authore Franchino atq; tinctore)ſolũ duabus triũ breuiũ pauſis: eſſentialiter aut indicialiter poſitis ſignat̃ aut coloratiõe longaꝝ notulaꝝ: verũ is modus(ob eius diuturnitatẽ)rariſſime inuenit̃ Imperfectus eſt.cũ due ſolũ longe in maxima canunt̃,hic per priuationẽ ſignoꝝ ſui perfecti cognoſcitur. ¶Modus minor perfectus eſt cũ longa tribus metitur temporibus:is vnica triũ breuiũ pauſa:indicialiter vel eſſentialiter poſita cognoſcit̃,aut circulo perfecto: binario vel ternario numero appenſo. ¶Minor imperfectus eſt cũ in longa ſolũ due canuntur breues.& conſiderat̃ circa priuationẽ ſignoꝝ ſui perfecti modi,vt hac videtur deſcriptiõe.

Maior perfectus. Maior imperfectus. Minor perfectus. Minor imperfectus.



Maioꝛ pfectus. Impfectus. Minoꝛ pfectus Impfectus.


¶Capitulũ quintũ de tempore & ꝓlatiõe.

E


TEmpus est quantitas breuibus ascripta notulis, Vel est dimensio, semibreuiū:in breuibus considerata notulis, & est duplex perfectū & imperfectū: Perfectū vbi breuis notula tris continet semibreues:quod declarat per circulū plenū inicio cantilenarum positū. Alij vero duabus semibreuiū pausis quas subsequētibus cōnumerāt figuris perfectū tpus designant:vel tpm repletiōe. Imperfectū tpus breuē in duas semibreuiū scindit notulas, Tale per imperfectū cognoscit circulum, Prolatio vt reffert/Tinctoris est quātitas ex minimis semibreuē respicientibus constituta. vel vt ait Franchinus est essētialis quantitas semibreuibus ascripta diuisionē monstrans totius in partes ꝓpinquas/hec prolatio prioribus gradibus equā suscipit particionē:nā alia ternariā in semibreui recipit sectionem quam perfectā dicūt musici. Alia binariā continet diuisionē, semibreuē in duas minimas scindens que imperfecta dicit. Perfecta ꝓlatio cognoscitur per punctū circulo, aut semicirculo infixū. vel per duas minimarum pausas. que ceteris subsequētibus figuris adnumerant imperfectā punctus orbatio ostendit.

Imperfectū


Prolatio



¶Tempus perfectū



¶Tempus imperfectum, ¶Prolatio perfecta in tpe perfecto.



¶Vel sic, ¶Prolatio imperfecta in tpe perfecto.

¶Capitulū sextū de signis incantu


SIgnū in ꝓposito est, ꝙ primariā alicuius cantus noticiā confert quo ad modū tpus & ꝓlationē:est eñ duplex explicitū & implicitū. Explicitū est quod inicio cantilenarū ponit:vt est circulus/pausa/punctus: implicitū est qd implicite aut notularū repletiōe/ aut pausaꝝ dispositiōe gradū demonstrat. Explicita superius i vniuscuiusq; gradus descriptiōe ꝓnotescunt que (vt partialiter repetā.) hoc modo cognoscent,Oīs pfectus circulus in se solo positus tpus demonstrat pfectioum Semiplenus aūt imperfectū. Si vo circulo numerus cōnexet tūc criculus modū,& numerus tpus demonstrabit vt istis conspicit descriptiōibus.

O3	Modi minoris	perfecti	Temporis.	perfecti,
O2		perfecti.		iperfecti
C2		impfecti		iperfecti
C3		impfecti		perfecti.

¶Nonnulli hec signa tanq̄ supuacanea duxerūt reprobāda autoritate phi,frustra est fieri.&c̄.

O	Temporis.	perfecti.	Diminutionis	Prolationis	perfecte,
C·		iperfecti			perfecte.
Φ		perfecti.			impfecte
Ȼ		iperfecti			impfecte

¶Antiquoꝝ signa describere tediosum arbritror: quocirca ad cognitionē cātilenaꝝ,a neutericis ordinata sufficient signa enumerata: sunt & alia explicita minus principalia signa: que isto choro figurāt



Reinceptiōis. Cōuenietie Aspiratiōis. Signū gñale. f̣sa vt

¶Reinceptiōis signū/cantus repetitionē docet: cōuenientie partē cātilene que pausat:sub tactu illius note incipere.supra quā ponit docet/gñale iudicat:oēs cantilene partes:sub dulci(consonantiarū permistiōe ibidem stare. Tactus est cōtinua motio indebita mēsura contenta:motū eñ agnoscit tpus:tpe quantitas vocis prolate Est igit triplex tactus.maior scilicet minor,& ꝓportionatius.Ma-

Minor. for est qui breuē vnico motu complet. Minor hic oim vulgatissimus est: semibreuē vno motu metit notulā. potest aūt in omi signo semibreuis tactu mensurari dempta augmētatiōe & ꝑportionibus. ꝑportionatus fit quū figure dissimili quantitate ꝑferuntur

Proportionatus. vt in ꝑportiōibus cōmittit videlicet cū in multiplici gñe due tres aut quatuor notule contra vnā modulant,

¶ Capitulū septimū de perfectiōe & imperfectiōe.

Perfectio. PErfectio est figurarū in dualitate cōsideratarū ad ternariā dimensionē reductio: quemadmodū numerus dualis sequiori ascribit sexui. tanq̄ impfecto: Ternarius aūt virili vt perfectissimo. ita musici in ternario ꝑfectā, in binario aūt impfectā figurarū dimensionē considerāt: quocirca reffert Boetius: omē trinū perfectū: & omē binū īpfectū.


Imperfectō ¶ Imperfectō autore Eranchino. est reductio quedā tercie partis ad plus ad suū totū, secūdū ternariā eius positionē pri⁹ i ipo cōsideratā: aut est alicuius totius in ternario depredatio. cōsiderat em̄ ipfectio solū in figuris in ꝑfecta quātitate cōstiutis. quarū quatuor sunt scilicet, maxima/longa/breuis/& semibreuis: hee igit per se in ternario cōsiderate totales dicunt, Maxima em̄ cū nullā habeat se maiorē, semp totalis dicit: reliq̄e aūt secūdū figuorū accessionēs & totales & partiales extimant, Figurarū alia ꝑpinqua. & est illa)in quā immediate resoluit totalis: alia remota. & est illa inter q̄ꝑ & suum totū: ꝑpinqua intercipit ¶ alia remotior est & dicit illa inter q̄ꝑ & suū totū. Propinqua & remota intermediāt ¶ remotissima est inter q̄ꝑ & suū totū. tres(numeri naturalis)notule mediant. verbi gr̄a in mō maiori ꝑfecto. dicitur totalis,

Varia eius sunt { ꝑpinqua longa, / Remota breuis. / Remotior semibreuis / remotissima minima. }


figurarū alia { agens tm̄ vt minima. / patiens tm̄ vt maxima / agens & paciens: vt longa breuis & semibreuis. }

¶ Tria sunt authore Frāchino: que figurā impfectibilē demōstrāt scilicet numeralis impfectio/punctualis diuisio: & figurarū plenitudo. Omīs aūt figura impfectibilis, impfici poterit vel a parte añ aut a parte post. vel ab vtraq̄.

¶De impfectiōe tales dant̄ regule. Om̄e totū imperficit̄: ab eius parte ꝓpinqua immediate ante vel post cōstituta: aut ab equiualenti ꝓpinque partis: parte, aut a partibus remotis: añ & post notulā cōstitutis/nisi pūctus diuisiōis obstet: vt isto tenore videtur Prima.




¶Discantus,






¶Tenor.




¶Secūda/Similis ante sibi similē corporaliter distincta: nō inperficit̄. nō aūt de vnitis in toto intelligendū est. vt videt̄ in longa prescripti tenoris: vbi vnita in toto breuis añ similē posita, q̄libet: quo ad totū ipsicit̄ a semibreuibꝰ añ & post lōgā cōstitutis: Secunda


¶Tercia, color in perfectis notulis consideratus ipis terciam ꝓprij valoris adimit quātitatē nōnūq̄/etiā figuris ꝓpinquioribus euenit coloratio ꝓpter euitandā alteratiōnē vt isto tenore consideratur. Tercia.




¶Cantus



Discantus




¶Tenor,





¶Capitulū octauū de punctis.

P Vnctus est minimū quoddā signū: quod notulis accidē-
taliter: anteponitur, aut interponitur. vel postponitur: &
est duplex diuisiouis & perfectionis. Diuisionis est qui
Diuisionis punctus alicui notule prepositus: aut postpositus ipam nō auget
nec minuit. sed ad p̄cedentē vel sequentē (aut p̄cedenti-
bus aut sequētibus) eā p̄ perficienda ternaria numerosi
tate applicandā docet/ perfectiōis est qui alicui notule postposit⁹
Perfectionis ipam p̄ficit tres equas in partes diuisibilē demonstrans.
¶Punctus diuisiōis fit dupliciter scilicet. Mediate & immediate,
Mediate cū notulā cui apponit̄ ad distantiorē sequētē figurā trās
Transportationis. ferat cōputandā talis translatiōis. aut transportatiōis dicit̄ pūctus.
Immediate cū notulā cui apponit̄ ad p̄pinquiorē docet cōnume
randā. & is p̄prie diuisiōis dicit̄ pūctus. & hic solū figuris in inperfe
cta quantitate affigit̄. ¶Punctus p̄fectiōis dupliciter considerat̄,
Primo si notule in impfecta quantitate cōstitute/ apponit̄, tūc eā
Augmētationis. tecto p̄prietatis dimidio adauget: & is p̄prie augmentatiōis vo-



catur punctus. Secūdo cū notule in pfecta quantitate cōsiderate apponit̄ tūc em̄ si a minore precedente aut sequente impficeret̄. in pfectiōe cōseruat̄. & hic ppric pfectiōis dicit̄ punctus. vt isto cō centu perspicitur,




¶ Discantus transportatiōis punctus ¶ Diuisiōis punctus

Tenor ¶ Augmentatiōis Baritonans.

¶ Altus pfectionis,

¶ Capitulū nonū de alteratiōe.


Alteratio hoc in pposito est pprij valoris secūdū notule formā duplicatio: dicta alteratio. quasi alterius actio: euenit quidē (autore Gaforo) notulis in sua pfecta quantitate dispositis, atq in impfecta quū sunt ppinque partes sui totius pfecti: vt semibreuis impfecte plationis in tpe pfecto. & breuis tpis impfecti in modo minori pfecto, causat̄ em̄ alteratio. vt impfectio / in gradibus pfectis ad conplendā ternarie numerositatis pfectionē. de hac tales dantur regule.

¶ Prima: quotiescunq absq puncto diuisiōis. ponunt̄, due partes ppinque. inter duas totales. aut inter duas totaliū figurabiles quātitates. puta inter duas pausas. aut inter pausam. & eius totalē: aut

¶ Prima regula.


ecõtrario semꝑ secũda pars ꝓpinqua alterabit.se ipam bis cõtinẽs.
Secunda ¶ Secũda quoties inter duas totales: vna ps ꝓpĩqua atq ꝓpique ptis
pausa mediauerit tũc pensiculandũ erit, si pausa pcedit notã.tunc
nota alterabit, si econtrario nulla erit alteratio: sed nota ĩpficiet
Tercia. totalẽ ante euntẽ & pausa sequentẽ, ¶ Tercia: qñ tres semibreues in
termediauerint duobus tporibus: quaꝝ prime due copulatim situ
untur ꝑ eodẽ tpe cõputabunt.verũ.si postreme due fuerint cõiun
cte.tũc prima soluta.antecedentẽ impficiet breuẽ & tercia alterat
Quarta nisi puncto perfectiõis prima breuium fuerit munita. ¶ Quarta, si
quatuor semibreues inter duo tẽpora mediauerint. quarũ prima
rie due ligabunt vltima sequentẽ breuẽ impficiet, si aũt due inter
medie cõpulentur, prima semibreuium precedentem imperficit
Quinta breuẽ. ¶ Quinta. qñ qnq semibreues inter duo tpa ponũt: quaꝝ
extreme due fuerint solute: tũc prima primã: & quinta. secũdã im
ficit breuẽ. vt isto videtur concentu.

¶ Discãtus




Prime, al Secũde.al, al.Quarte regule.


¶ Tenor.



Prime. al. al, Secũde,



Quinte regule, ¶ Baritonans, Tercie.



al

¶Capitnlũ decimũ de augmentatiõe & diminutiõe.

Augmẽtatiõ

Vgmentatio est quantitatis figurarꝝ maioramentũ/euenit solũ i ꝓlatiõe ꝑfecta vbi semibreuis tribus & minima vno tactu metit. huius signum est punctus circulo aut semicirculo infixus: circa vnã tantũ cantilene partẽ cõstitutus: quum aũt in singulis cantilene partibus cõpertũ fuerit: tres minimas vel vnã semibreuẽ integer tactus cõtinebit. Diminutio est abstractio certi valoris quantitatiui ab ip̃is figuris: Vel est ꝓprie ac primarie quãtitatis secũdũ formã figurarꝝ variatio: hec consideratur tripliciter canonice/ꝓportionabiliter & virgulariter, Canonice quum figurarꝝ quantitates declinant. & variantur ab essentiali valore in mensura. secũdũ canonis ascripti sẽtenciã. verbi gratia. maxĩa sit longa/longa breuis. & sic deinceps. hm̃oi diminutionẽ Iosquin inter ceteros, suis elucubratiõibus disponere plurimũ frequentauit, nõnũq̃ a contrario sensu talis diminutio accipit isto canone/sit breuis maxima/semibreuis longa/minima breuis & hoc genus ꝑ musicorꝝ arbitratu/ verũ talis improprie dicit diminutio (authore Gafforo) quũ potius augmẽti q̃ diminutiõis ꝓducat effectũ. Proportionabiliter quum figure secundũ disposite ꝓportiõis consideratione diminuũt ꝑ maioris/& minoris inequalitatis accessionẽ, de hac latius capite de ꝓportionib[9] disseremus. Virgulariter sumpta/est q̃ per virgulã circulũ secantẽ: declarat hec ꝓprie temporali competit mensure: non aũt figuris. nã in hm̃oi signis non figurarꝝ numerus. sed mensuralis (velociori motu) adimit quantitas: hanc diminutionem Obrecht clarissime disposuit, in om̃i missa. Si dedero. &c. que his nostris quoq; descriptionibus possit accipi.


Diminutio.

Canonice


Proportionabiliter.

Virgulariter


F



¶Discantus.




¶Tenor.




¶Capitulũ vndecimũ de Sincopa.

SIncopa ẽ reductio vnius notule vltra maiorez: ad equalem cui cõnumerať. euenit in cantilenis (vt reffert Gafforus) quociẽscũꝙ per plures figuras ꝓgrediť sub diminuta cõnumerãdarꝫ notularꝫ numerositate contra tactũ, vt isto discantu conspicitur.



¶Discantus.



¶Tenor.

¶Poterit aūt in omībus gradibus fieri sincopa/& in figuris notu- laꝝ vsq ad minimā. Instituerūt eñ musici minimā vltra pausam breuē per sincopā non esse transferendā: similiter semibreuē vltra pausam breuē raro/nunq̄ vltra pausam longe debere reduci. Sūt tñ(vt nobis compertū est) qui minimā sincopando distantius in suis edicionibus disponūt,

¶Capitulū vltimū de ꝓportionibus.

Proportio(vt reffert Euclides)est duaꝝ qn̄tecūq sint ei- usdē quantitatū certa alterius ad alterā habitudo.

Proportionum alia.
- ¶Equalitatis & est duaꝝ quantitatū adinuicez equaliū respectus: vt duoꝝ ad duo
- ¶Inequalitatis est duaꝝ inequaliū quātitatū adinnicē relatio vt 4 ad 3 & ē duplex alia:
  - ¶Maioris inqualitatis- & fit cū maior quātitas minori coequat̄ ꝑ relationē vt 4 ad 3. istd eñ gn̄s suo effectu notulas(qb⁹ p̄ponit̄,) minuit secūdū ꝓportiōis naturā
  - ¶Minoris: fit cū minor quātitas in relatione maiori coequatur: vt 3 ad 4 hec eñ figuras quibus p̄ponitur adauget secundū vniuscuiusq naturā

¶Maioris inequalitatis: quinq sunt genera videlicet,

Multiplex.	Et sūt quādo maioꝛ numerus cōpꝛehendit minoꝛē.	Pluries precise vel bis ter ⁊ deinceps.	vt sunt.	1. Ad. 2.	Et dicitur	Dupla tripla.
Supparticulare.		Semel cū eius aliquota parte		3. Ad. 2.		Sesqualtera.
Supparciens.		Semel ⁊ eius aliquan- tam partem.		5. Ad. 3.		Superbipartiens
Multiplex super particulare.		Pluries cū eius aliquota parte.		5. Ad. 2.		Dupla sesqualtera
Multiplex super parciens.		Pluries cū eius aliquāta parte.		8. Ad 3		Dupla supbiparci- ens

¶Totidē sunt & minoris inequalitatis. cū predictoꝝ nominibus. per additionē ꝓpōis sub: pars aliquotta est que aliquoties sumpta reddit suū totū precise. vt media bis. sumpta facit suū totū. tercia ter & quarta quarter & deinceps. Pars aliquāta est que ex partibus aliquotis constat: sumptaq aliquoties, nō precise reddit suū totū.

Pars aliquo ta.

Pars aliquā ta.

ſed vel excedit vel deficit: vt 3, ad 5. ad cognitionē ꝓportionum
hm̄oi ſeruanť cautele. Prima: om̄is ꝓportio debet ꝓpriis duob'nu
meroꝝ characteribus in cātilenis deſcribi: quo heſitatiōis abſiſtat
dilatio. Nā ſicuti: vna vox nō efficit conſonantiā ita nec vnus nu-
Secūda merus ꝓportionē. ¶ Secūda: om̄is ꝓportio: debet ordinari ꝑ figu
ras noīe & quantitate conſimiles: puta ſemibreues minoris ꝓlatio
nis debent ꝓportionari, per ſemibreues minoris ꝓlatiōis. ſic in ce
Tercia. teris quoq̧ ſignis cōſiderandū erit. ¶ Tercia regula: om̄is ꝓportio
deſtruiť per immediatā contrarie ꝓportiōis ſuppoſitionē. vel per
ſigni interpoſitionē, que om̄ia ſeriatim ſuis exemplis patebunt.

De ꝓportione dupla. ¶ Proportio dupla/ harmonice/ fit quū maior notulaꝝ numerus
equalet minori, ita vt vnaq̄q̧ notula minoris numeri: dimidia ſui
246/125 quātitate minuať & figurať eo mō qđ pn̄s cōcentus demonſtrat

Diſcantus.

Tenor.


Baſſus.




Aliqn̄ abſq̧ numeris canonice demonſtrať dupla proportio/ iſto
canone diminuať i duplo. & his ſimilibus canonibus quandoq̧ per

equalia signa(vt ait Franchinus)videlicet qm̄ semicirculus cū binarij numeri adhesione circa om̄es cantilene partes disponit. aliq aūt signo transuerso duplā disponi volunt.


¶Tripla.harmonice consideratꝛ:qn̄ tres figure equiualent vni:sibi ipsis.& nomine & quantitate cōsimili ita vt vnaqueq; ip̄arꝝ triū diminuat de duab⁹ tercijs partib⁹ ꝑprie quātitatis.& figuratꝛ hoc mō vt in concentu sequenti conspicitur — De ꝑportione tripla — 360/123




Discantus




Tenor.







Bassus.




¶Quadrupla/fit quum quatuor notule vni, & nomine/& quantitate sibiip̄is cōsimili equiualēt: ita vt singula queq; ip̄arꝝ quatuor minuatur de tribus.quartis partibus sui quantitatiui valoris: & cognoscitꝛ isto mō. vt patet in exemplo. — De ꝑportione q̄drupla. — 246/123




Discantus.



Tenor.







¶ Sesqualtera. fit cū tres notule cōmensurāt duabus. sibi & noie & quantitate consimilibus: ita vt vnaqueq: ipsarū triū. di-

369 minuat de tercia ꝑprie quantitatis parte/ & figuratur hoc modo


246


Discantus







Tenor.










¶ Quotienscūq; (authore frāchio) sex seminime ponūt. q̄s vnica seminima: in connumeratōe: p̄cesserit aut sequat. oēs sex erūt seminime. simplices. q; si eas sola minima imediate nō p̄cesserit aut sequat: oēs sex sesqualterabunt, vt patuit in discātu p̄cedēti. Quū aūt quinq; fuerit seminime quas minimā p̄cesserit vel sequat tūc ꝓpinquiores due apud minimā cū ea numerabunt. & relique tres sesqualterantur, si aūt septē fuerint seminime. tūc prime quatuor erūt seminime, et relique sesqualterantur,


Cautela ad sesqualterā.


¶ De sesquitercia

¶ Sesqnitercia fit quū quatuor notule tribus equalent sibi cōsimilib' & noīe & quātitate. ita vt singulequeq; ipaꝝ quatuor diminuant de quarta ꝓprie quātitatis parte & figuratur hoc mō/vt in sub




Discantus.





Tenor.



¶ Aliqui sesquitercīā ipam in notulis signo tpis imperfecti sinistrorsum: seuerso designant quas Ioannes tinctoris (& alij qui in numero sunt.) acerrime improbant, & hec hactenus. Finis

¶Carmen Ioannis Lupuli Bodmanẽsis in circũforaneũ blateronem/musiceſq; artis oſorem,

LOlchica ne labris fũdes hic q̃ſo venena
Hãc artẽ immerito/ q lacerare cupis:
Aut te deuoueo linguę cõplexibus vnũ
Peſtiferę: famã qui mõ lędis acrem.
Illęſo durũ reddis ſi corpore vulnus:
Nõ gladio/at ligua ſãguineiſq; labris:
Viperea aut mordax oſor ſi ſibila fundis
Atq; venenato murmura ab ore vomis:
Pallados has artes labro ſi lędis Erynnis:
Si phlegetonteis faucibus atra noces:
Sanguinea pectus rodis ſi Zoyle fauce/
Melq; fluit lingua pectore virus abit:
Tunc te deuoueo vitę qui reddis honeſtum
In medio ſaltem non aliterq; virum,
Inflatum rabie virus tunc pectora rumpe/
Vt gelido oſoris corde venena notem.
I ſcelus i ſceleris ſtygios ſentina penates
Et furijs factam carpe barathro pyram,
Et caput & linguã ardenti phlegetontis in vnda
Mergendo purget Tiſiphone atra tuam,

¶ Impreſſuz Cracouie per florianũ Vnglerinũ in domo Reuerendiſſimi ĩ chriſto patris dñi Eraſmi Epĩ Plocenſis



Konserwacja i oprawa
– Oddział Konserwacji BJ
styczeń 1986